



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecyus, Johannes**

**Monachii, 1615**

XI. Potentia executiua peccato mortali læditur & labefactatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](#)

quia imaginem iustitia & sanctitate  
ornatam retinuit; cæteri, quibus  
impium adiungimus, non homi-  
nes, sed humanam gerentes formam,  
& ex hominibus in bestias conuersi,  
malitiâ voluntatis, generositatem a-  
miserunt? Oneandum pecca-  
tum. O Circen crudelem, quæ  
licet imaginem Dei non tollat,  
gratiam tamen diuinam ut &  
virtutes illi adiunctas, adeoque  
similitudinem Dei miserè in fe-  
liciterque aufert. Faxit Deus, *Eph. 4. 34.*  
vt impius D. Pauli consilio, spi-  
ritum mentis suæ renouet, & induat  
nouum hominem, qui secundum De-  
um creatus est, in iustitia & sancti-  
tate veritatis.

## CAPUT XI.

Potentia executiva peccato mortali la-  
ditur & labefactatur.

Non respectu mali; impius  
enim mala plurima facere

Q 3 solet,

*Sap. 5.7.* solet, &c. vero, lassatur in via ini-  
quitatis. Non ratione etiam boni  
mortalis, opus enim tale, naturæ  
quidem suæ consentaneū facere  
potest, præmioq; etiā temporali  
Deus illud afficit. Ratione vero  
boni supernaturalis, sterilis om-  
nino & infæcūdus est peccator,  
paralyssi, dissolutionis laborat,  
&, ut Samson abscissis capillis,  
sic impius virtutibus amissis,  
ad id faciendum insimus redi-  
tutur. Non potest enim primò  
Deum diligere super omnia sim-  
pliciter, quæcunq; longo tēpore  
occurrere possint, cum eiusmo-  
di dilectione pugnantia, & ab  
eo, tanquam ultimo fine, auer-  
tentia. Non potest item serua-  
re omnia omnino præcepta, om-  
niaq; adeo peccata contraria vi-  
tare. Non potest præterea ali-  
quid omnino facere, quod sit  
vitæ æternæ meritorium, & pro-

pœnis

pœnis teniporali bus satis facto-  
rium , caret siquidem horum  
omnium : causa & principio ,  
gratia scilicet iustificante. Hinc  
Deus olim noluit sibi incensum  
ab impijs offerri ; sic enim lo-  
quitur : *abominatio mihi est , quia Es. 1.13.*  
*manus vestra plenæ sunt sanguine , id*  
*est , peccatis. Qui abiicit sapientiam*  
*& scientiam , ait sapiens , infelix est , Sap. 3.11.*  
*& vacua est spes illorum , & labores*  
*sine fructu , & inutilia opera eorum.*  
Idem pater ex hac Apostoli sententia : *I. Cor. 13.3*  
*Si distribuero in cibos pauperum*  
*omnes facultates meas , & si tradide-*  
*ro corpus meum ita ut ardeam , chari-*  
*tatem autem non habuero , nihil mihi*  
*prodest. Quare impij opera iniuti-*  
*lia à Propheta appellatur , respe-* *Ez. 59.6.*  
Et si scilicet mercedis æternæ ; si  
neq; adeo causa & vanè fortitudinem  
suam consumit , vt idem alibi do-  
cet , menses item vt Job ait , *habet cap. 49.4.*  
vacuos. Neq; tamen ideo à bonis

Q 4 operi-

operibus cessare ille debet; sibi  
enim suo modo prosunt, & alijs

*cap.7.3.* quoque utilia sunt. Et quando  
respectu operum supernatura-  
lium & meritoriorū vitæ ater-  
næ cum paralytico iacet pecca-  
tor in lecto, & cum Lothi uxo-  
re in statuam salis conuersus in-  
frugifer factus est, caussam ha-  
bet, vt cum Samsone humili-  
ter petat à Deo: *Redde mihi forti-  
itudinem meam, gratiae scilicet iu-  
stificantis, & virtutum, fructum*  
*vt efferam, vitæ aternæ meri-  
torium.*

## CAPUT XII.

*Sensus hominis peccato mortifero  
vitiantur.*

**A**cceperunt illi quidem, ori-  
ginali Iustitia amissa, dam-  
num aliquod, vt supra attigi,  
maius tamen & auctius illud,  
peccatis iteratis indies existit;

*rati-*